



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

# DE MIRANDIS

GERMANIAE ANTIQ. VITATIBVS, SERMONES

continuales, Conradi Peutingeri.

IN SVDORE VVLTVS TVI.

LABOR IMPROBVS.



VESECRIS PANE TVO GEM.3.

OMNIA VINCI.

Argentorati apud Christianum Egenolphum.

V DALRICVS ZASIS LEGVM DOCTOR FRIBVR  
gen. Thome Volphio Iuniori Juris Pontificij literarumq; humanarum; et  
integritatis adsertori celeberrimo,  
felicitatem.



yos sermones conuicadas, clarissime Thoma, ingeniosebari  
gi ljs omnium nostra etate absolutissimi: miri Coradi Peutinge  
ri clucubrato: mihi ostendisti, dici non potest quantu: mihi  
placuerit. Est eni in eis non solum traditio reru: Germanicar:.  
remotior, ut pote quisus et rara ex in huc die incognita pro-  
dierint, sed etiam copiosa summoq; artificio elaborata traditio. Quantum  
(dij boni) Germaniae non quota portio doctissimo huic uiro adest? quae(mo  
loribus ante hac, nescio quem falso modum dicentibus) frustata amplissi-  
mis & finibus ex territoriis fuit. Nunc Conradus iudice peritis in re prae-  
senti accusat manu conjectura, agitur autem in eis qui sunt. Error  
uulgarius, Tribotes, Nemites, Vangiones, Vibios, et bona Cisrhenanorum  
partem Galliae tribuit. At Conradus (Id quod ante eum Iacobus V nymphae  
linguis cois amicus noster, ex doctrina, moribus, etate, integritate, uirtute,  
uenerabilis ex conspicuus, non medio criter attigit) suo quosq; loco, sue con-  
ditioni, sue origini ita reposuit, ut Germania nostra (quod a quadringentis  
annis, et eo aplius non potuit) in corpus solidu: coiuisse iure optio gloriatur.  
Mira est huius uiri exquisitio, ingenij proptitudo incomparabilis, memoria  
tenacissima, qui infinitis propere negotijs, tum regie maiestatis, aqua quam po-  
tiores partes agit. Tum etiam sue urbis Augusten. que ab eius auspicijs non  
modice pendet. Tum deniq; amicorum suorum quibus omnia se debere putat  
impeditus, tam uaria, tam a communi cognitione recedentia, ex qua amico-  
ris: mos labores, continentissima studia, multijugam lectionem requirant, col-  
ligere potuerit. Quis itaq; nostra etati non gratulabitur? Quis Sueuori  
inclitam nationem? Quis Augusten. praecepit non maximi fecerit: qui eo  
decorantur uiro, quem unum uelustati obijcere quam uerisimile ualeamus.  
Faceo hic ex industria suam incredibilim: humanitatem qua et uocare ulter  
ipse, ne dum desiderantes recipere in suam amicitiam consuevit. Mitto suam  
affabilitatem, comitatem, munificentissimam liberalitatemque ades sue non  
quidem affectata elegantia conspicue. Sed Heroica dignitate uenerabiles li-  
teratis omnibus uelut quoddam Cymonis possessiones peregrinis patescant  
grates

præterea alias suas virtutes plurimas, quæ uel singule singulos claros efficerent, in Cœnrado coagmentatim splendentes, Eas inquam, tametsi proprio experimento didici, uidi, nonne, mitto tamen, quando epistolaris breuitas tam diffusa non patitur, Et satius est de magnis uiris silere quam modi ea dicere. Tu igitur mi Thoma nibil potuisti facere, uel consultius, uel quod uirum bonum plus deceret, quam eam desunere operam qua sermo cœnes tanti uiri typis faceres informari. Rem germanam (quam ante hanc in Vnuymphelingi nostri operibus ex defendisti animose, uedium luce adiuuisti) Isteusmodi conuiualibus publicandis ita demerebore, ut cum ipsa omnem suum splendorem, dominatum, fines, agros, Conrado nostro maxime, nec minus Vllymph. debet, tibi proximate beneficij partes sit concessura. Ad studio literatorum omnium uicem, quibus hoc labore mirifice commodabis. Faecis quidem pro ingentibus animi tui dotibus, quas ex si seminarijs quibusdam ingenitas, exercitio tamen in optimis disciplinis iam ab adolescenti e suis dato mirifice illustrasti. Tu et Italiam uniuersam peragras, et præceptoribus in toto orbe illuminatisimis, Bartolomeo Succino, Vincentio Palcoto iuriū professoribus. Preterea Philippo Beroaldo eiusdem Vicencij genero, Antonio Codro, Reipublice literariae Principibus, operam impendisti, præclaris consociatus maximique nominis discipulis, Ioanne Baptista pio, Philippo Beroaldo iuniore, Henrico Caiado Lusitano, Musiano Ruffo Germanorum doctissimo, et qui alter Varro in omnigena sit doctrina perspectissimus. Adhoc etiam Theodorico Gresmundo, Ioans ac Esticampano, achademicæ Moguntinæ illustratoribus primarijs. Tu autem iuuenis studij causa Rome ageres, periculo te uita subiecisti, ut abstrusa ignotaque Romane Vetustatis monumenta, que propediem proditura speramus, crueens posteritati consuleres. Quominus mirum fecerim, si omnem tuam operam, omnes uigilias, omnem laborem in eo absumas, quo ex multis profis, et literatos precipue adiuues, homo enim ad optima quæque natus, quid nisi bene facias? Duo sunt precipua quibus uelut alis in uera gloriam mortales subuehütur, literatura et liberalitas. Que utraq; ita in te admiramus, ut periculus utro excellas. Illa quippe ingenij tui opus est, etia fortia, castissiaq; eruditione elucescit. Hæc uero usq; adeo et sepe cōprobata, et quotidie cōprobatur, ut Fraciscus Picus Comes Miradulanus

omnium doctrinarum lumen, nuper cum Conra. Peutinger illo nostro, Cot  
Laurioq; uiris splendidissimis, tuo exceptus hospitio, Symposium sapientum,  
domum tuam, tēq; Philosophorum esse hospitem prædicauerit. Probat id nō  
domesticorum modo sed externorum concursus. Baptista Mantuanus nulli  
ex maioribus posterior, suis te operibus celebrat. Vuymphelius tibi est cō-  
functissimus: Gallinarius, Aucuparius, Philesius, literarum humanarum sa-  
cramentarij adsertores, te ut patronum obseruant: Quid dicam quantum  
te momenti collocet Mutianus Ruffus, nostre etatis Cicero? Quid Matero-  
num Pistorien, hominem ex aſſe formatum? Quid Petrus Eberbachii Erd-  
fordensem adolescentem, supra quam sua etas ferat eruditum, qui accepta  
a parentibus optione cui potissimum pectis tempore cohabitaret, te iam tū  
ignotum elegit? De me uero quantum inter eruditos partes habeam, neq;  
enim in tuo ſum albo) quid loquar? qui tot à te officijs ſum affectus; ut omni-  
at tibi me debere putem. Que cum ita ſint, non poſſum non iure optimo dētes-  
tari, & uelut luem quandam abominari ſenotiones quosdam, extrema iam a-  
tate confectiones, quos nutu ſignifico, qui cum tibi et ſint gentiles quoq; ne dū  
cognomines, prouentibusq; opulentissimis prouifi ut poteris numerosis preben-  
dis, canonicatibus, ſacerdotijs (que beneficia uulgas vocat) confarcinati, te  
tamen uirum optimum, iustum, humanum, ex doctissimum, odiſſe, rebus tuis  
infidari non ceffent. Habet hoc auaricia, ſordes, ut nummos tanquam idos  
la colat, in eosq; ſolos, ſpem, uitam, quin ex humana diuinaq; omnia ponat,  
virtutem oderit, bonos laceſſat, persequatur pios, & præcipue confanguis-  
neos cuiſerare uelit. Sed exitus ait a probabit. Illos pernicies, te manet am-  
pla ſalut. Hec tamen aliquando pluribus. Tu ſicut coepisti perge, Cōnuiaſ  
lesq; illos sermones, à uiris peritiſſimis adprobatoſ, & proinde pro Platoniſ  
ſententia luce digniſſimos, fac formis exprimas. Sicut enim autorem ſcri-  
bentem, immortaliſ laus, ita te publicantem magnifica gratulatio comitabi-  
tur. Vale.

Eiusdem Vdalrici zafij ad autorem pro liberata Germania.

Rhenus utramq; latus Germana gente uetusta

Cinxit, & armigeris ſe extulit uſq; uiris,

Perfidus abſtulerat fines tibi Rhene reſefſos

Hostis, fraudosa & corripit arua manu.

Germanam ſolus Conradus reſtituit rem,

Hostibus oppreſis iuſta trophya locans.

PETRVS:

PETRVS EPISCOPVS TERGESTINVS REVE  
rendo patri domino Mattheo Lang, Praeposito Augustensi, Cesa  
rie Maiestatis Confiliario. S. P. D.



Egi nudius tertius libellum tibi dicatum, quo Conradus Peutin  
ger conterraneus tuus, multiplicis eruditionis uir, Genialis cō  
uiuij uestris sermones uarios luculentissimē complexus est. Vbi  
et si pleraq; alia obscura prius, et recondita in lucem edidit,  
que paucis admodum nostri temporis hominibus cognita fuerant: In eo ta  
men in primis apud te immortalem gratiam consequi meritò debet, quod dū  
cōmuni Symposij fabulationes, scriptis referre studet, non modo te, ac mu  
nificentissimam hospitalitatem tuam, posteritatis memoriae commendauit.  
Sed quod debet esse digno uiro iocundius, Patriæ ac natuui soli gentisq; ueſ  
træ nobilissimæ, abſiſſam à desertoribus propriæ ueſtis laciniam, accerris  
mus assertor occurrens ita uendicauit, ut nemo post hac detrahere quidpiā  
poſſit, quin oculis quamprimum omnium manifestè furtum appareat. Pro  
quo quidem beneficio nequaquam mihi dubiū eſt, quin his laboribus suis Con  
radus Peutinger, Si minus apud præſentes (qui plerung; uicio malignitatis  
humanæ uiuentium scripta, et si lectio placeat, fastidio tamen quodam præ  
tereunt) apud posteros non paruam laudem et gloriam fit adepturus. Non  
accedo operis huius adulator apud te, qui ingeniorum nostri temporis es fo  
lertissimus censor: perpendes ipſe inter legēdum, quo studio, qua industria,  
quot citatis, et nostri, et prisci temporis autoribus, quot inquisitis Marmo  
ribus et ueterum Nomismatis, Germanie partem non ignobilem citra Rhe  
num, quam sibi Galli quida ſeu potius Germanie desertores adſciscere auſ  
fi ſunt, Imperio et nomini nostro restituerit. Dignus profecto cui non minus  
Germania tota debeat, occupate regionis assertori, quā ijs obnoxia eſt, q ſi  
nes ſuos ultra preſfixos à natura terminos in Gallias antiquitus protulere.  
Videbit igitur dignatio tua ex scriptis Conradinoſtri, quibus indubitatis  
argumentis occurrere poſſis ijs qui aliquādo Argentoratum, Nemetes, Vā  
gionas, Moguntiacum, Agryppinenses et pleraq; loca alia citra Rhenum  
Germanos, Gallie inſcribere populos ſunt auſt. Nihil enim omisit, quod ad  
rem attinet; quod ſummo labore, ſumma diligentia, et fide non adduxerit, ē  
paruo hoc libello ſuo. Neg; id profecto mirari ſatis poſſum, quomodo uir  
arduis ac continuis Reip. ſue negotijs occupatus, bonarum literarum ſue  
dijs tantum opera impēderc, tot autorum uolumina euoluere potuerit, que-

## SERMONES CONVIVALES

coacto, ad 17. Kalendas Nouembris ipsam deinceps areem quasi inoppugnabi-  
lem muris laceratis atque fractis coepit. Deo itaque maximo optimo adiutore,  
maiestatem eius indices maiora agressuram speramus. Sed ut tandem ad te  
redeam, qui virtutibus tuis perpollentibus, eam tibi famam conquisiuiisti, ue-  
lomnes in amore tuo, quotidie deuineas, et ne spendori (qui tibi accumulatis  
simile accedit) quicquam decesset, ad septimum idus Octobris Ioannem Capri-  
diuinarum, humanarumque rerum interpretem doctissimum. Nobiles et uia-  
nerandos ecclesie tuae canonicos Bernhardum Vualchirchium et Iherony-  
mum Lochner, simul quoque Sebastianum Ilsung et que patricia domo Augs-  
tensi natum, iure consultos discretissimos Ioannem Lung senorem, et Ioan-  
nem Othonem, artis Medicæ, et Sideralis scientie expertissimos, et etiam me, pro-  
fessores prædio tuo presentes esse uoluisti: ad coniuicium iuitati conuenimus, rec-  
te scilicet instructum, atque laudissimum et accumbentibus nobis, seueritate omni-  
ni postposita: de uarijs et admirabilibus ipsis naturæ, et alijs rebus, inter-  
nos iucundissimus, plenusque uoluptatis; et ut Seneca ad Luciliuum scribit.  
Nullam rem usque ad exitum adducens, sed aliunde alio transiens, sermo  
babebatur.

### OSSA D. DIONISII NON IN GALLIA, SED

Ratisonam translata, ibique ad sanctum Emmeranum

ranum condita esse:

**O**mine optimo euenit, ut de diu Dionisio Atheniensium Episcopo dicitur  
seruus (eo enim die festum eius agebatur) qui una cum Apollophanè  
Sophista in Aegypto Heleopoli, quando Christus Iesus passus est, solem uulnus  
præter naturam obscuratum, et tetricam noctem subito terris obductus, eodog-  
nouitque mox uerum omnium Deum, eodem Sophista respondentem (ut ipse ad  
Policarpum scribit) rerum has diuinarum uicisitudines esse: tunc Capri no-  
bis referebat, Gallos hunc ut eorum Apostolum uenerari, et credere offere-  
cias, ad 2. lapidem à Pariensi urbe ad eadem sacram sepulta esse, contra  
tum mira suauitate recensebas, te atque R. D. Episcopum et Comitem Terges-  
tinum Petrum Bonorum bonarum literarum studioissimum, compertum ha-  
buisse, ossa haec ex Gallia Ratisonam ad sanctum Emmeranum transla-  
ta: ego ut ea comprobarem, exemplar literarum Apostolicarum mihi à mo-  
nesticis eiusdem Monasterij datum, Capro postea perlegendum misi, iacto  
enim Leo. 9. Pontifex Maximus, Bruno antea vocatus Tullenianus episcopus  
procuranti

## DE GERMANIA.

procurantibus Gallorum Legatis Imperatore Cesare Heinrico. 2. Augusto praesente (cum beatum Vulfgangum in diuos retulisset) declarat diuinum Dionisium Ariopagitam Ratisponae quiescere, et haec acta esse. Anno Christi tunc salutis. M. 52. Anno pontificatus sui. 4. Indictione. 5. Nonas Octobris.

## DE CONIVGIO PAVLI APOSTOLI,

Ex Ignatio Anthiochiae Episcopo.

Sermo noster sequens erat de coniugio, domesticaque rixa, atque pugna, multe tunc Apostolorum principis sententia afferebantur, tum Caper rem nobis omnibus penitus incognitam aperuit. Ignatum martyrem Marci euangelista discipulum referre, diuum Paulum coniugatum fuisse. Ego postea domini considens, epistolas eius diligenter perspexi, et in una quam ad Philadelphenses ex Troia dedit, ita scriptum compperi. Non detraho autem certis beatis, qui nuptijs copulati fuerunt, quorum nunc memini, opto enim Deo dignus, ad uestigia eorum in regno ipsius inueniri, sicut Abraam et Isaac et Iacob, sicut Joseph et Esaias, et ceteri prophetae, sicut Petrus et Paulus, et reliqui Apostoli, qui nuptijs fuerunt sociati, quod non libidinis causa, sed posteritatis subrogande gratia, coniuges habuerunt.

## DE LVSITANIS NAVTIS, Q VI IN

Indiam nauigant.

Non unus, sed varius nobis erat sermo, et collitione ulteriori ad ipsum etiam Oceanum, eiusque recessum atque refluxum, et Lusitanici Regis fortunatissimi nauigationem Indiam uersus compertam deuenimus, qui ex Indi aromata, ceteraque merces ad nos aduehit, speramusque propediem auspicio inuesti Caesaris nostri, et adsensu Lusitani Regis, nostros Augustenses, nauibus proprijs atque mercibus Indiam petituros, res profecto admirandas, eundem Regem, ea gratia diuina adfectum, ut solus illuc primus nostro seculo ex occidentalibus penetrauerit, ego que mihi facile persuaderem, eam transfretationem, uel etiam similem, maioribus nostris penitus incognitam, et priori etate intentatam fuisse. nisi C. Plini Secundi uerba, me abiguum parumper redderent, inquit enim ipse libro. 2. capite. 69. in Sinu Arabico. C. Cesare Augusti filio, res gerente, signauit uiam ex Hispaniensibus naufragij fuerunt agnita, et Hannio Carthaginensis potentia florente circum uetus a Gadibus ad finem Arabiae nauigationem eam prodidit scripto, preterea Nepos Cornelius auctor est Eudoxum quendam sua etate cum Latby

B.

## SERMONES CONVIVALES:

rum Regem fugeret, Arabico Sinu egressum Gades usq; perfectum, multoq; ante eum Cœlius Antipater uidisse se ait, qui nauigasset ex Hispania in Aethiopiam commertij gratia. Idem Nepos de Septentrionali circuitu tradit Q. Metellio Celéri. C. Afrani in consulatu collegæ, sed tum Gallie Pro consuli Indos à Rege Sueorum dono datos, qui ex India cōmertijs causa nauigantes, tempestatibus essent in Germaniam obrepti, Pomponius Mela libro 3. post descriptionem Germaniæ, non Sueorum, sed Bohemorum regē refert. Pliniana tamen lesto similior uero Hermola Barbaro placuit, et nobis placet, que nauigationes, per alium fieri commodè non poterant, nisi per cum Oceanū, quem Lusitaniani autem hodie transfretant. Idem Mela, unde in eas terras deuenissent, requirendo cognoscet. ut tempore statum exinde dicas et quoribus abreptos emensosq; quæ intererant, tādem in Germaniæ litore exiisse. Pius secundus Ponti. Max. in sua Asia præmissis subiungens adit. Nos apud Otthonem legimus, sub Imperatoribus Theutonicis Indicā nō uim, et negotiatores Indos in Germanico littore fuisse deprehētos, a quos nec tis agitatos ingratis ab orientali plaga uenisse constabat. Verum propter nitorem ferculorum uarium, non dico triuiale, abundantesque uinorum propinationes, sermonibus proximis non contenti. Sed tua coniuiali comitate acrius admoniti, ad alia provocati sumus fabulandum.

Q. VOD CIS RHENANA CIVITATES AB AGRIPPA  
na ad Argentinam et alie à Ca. Cæs. Iulij Dictatoris et superiori  
tempore non Gallis, sed uel Germanis, uel Ro. Imp. Cesaribus

Aug. uel Regibus semper paruerint.

F T quia Rhenus fluuius. Oceano ipso miscetur, pro Germaniæ nostre laude Ammianum Marcellinum referre dixi, ambas Germanias, pri-  
mam et secundam, eas ita appellat, inter Belgas et Rhenum sitas esse: tunc Sebastianus noster Iacobi Viumphelegi Germaniæ illustratoris memor fac-  
tus est, is enim contra Germanos quodā Patriæ deserto res, pugnam subiit.  
Et una cum suis peritisimis cōmilitonibus Thoma Vuolphio iuniore et alijs  
uicit. Tu uero pro solita tua mansuetudine, injunxisti mihi, ut si que huic re  
econducibilijs scirem, adnotarem, tibiq; transmitterem, quibus facilius non  
solum hijs desertoribus, sed etiam Gallis (si qui essent) Germanias hasce af-  
fectatibus, obuiā ire possemus. Sed quia eruditione tua et rerum experimē-  
ti excellis, quinquo apud iniustum Cæsarē nostrū, affluentibus quotidie ex  
omnibus.

# DE GERMANIA.

omnibus nationibus discretissimis viris, singula comprehendis; prout tenes uberrime, non video quomodo, ex vacuo, in plenum calicem aqua influere debeat, uerum tibi nihil denegandum, immo uerius Patrono atque duxi op timo esse obtemperandum censeo, praestareque obsequium debebo, facio quantum possum. Mola enim falsa litant qui thura non habent.

Cesar. Dictator commentariorum libro. de bello Gallico reperit. Regnos Belgas uictos Germanis Cisrhenani per primos civitatis sibi renuntiassisse, cum Belgae contra P. R. coniurassent, ceteros omnes in armis esse Germanos. q. cisrhenum incolant sese cu<sup>m</sup> his coiuinxisse. Belgas ite plerosq; à Germanis ortos, Rhenu antiguus traductos, propter loci fertilitatem ibi confedisse, Gallosq; qui ea loca incolerent expulisse. Quod M. Antonius Sabellicus libro. 5. Enneadis 5. apertius (ut mihi uidetur) declarat. Inquit. enim. Ex his cognitū est à Germanis Belgas ortos, qui soli feracitate allecti, alijs alio tempore Rhenu transgressi, eam terram que Belgica diceretur occupassent. Idem etiam Cesar eodem libro Condrusos, Eburones, Cereſeos et alios uno nomine Germanos appellat; preterea Rhenus non ex omni loco Gallos à Germanis, uerum (si Claudio Ptolomeo credimus) germania magnam à superiore et inferiore, à prima et secunda separat, superi et inferi Germani Belgas à Rheno diuidant. Idem Regionem circa Rhenum. à Mari usq; ad Obrincam fluvium, in descriptione sua germaniam inferiorē appellat, et ab occidentali parte locat, post alios Agrippinenses, Bonnam, Moguntiacum, et supra uersus Meridiem germaniam superiorem, ubi Vangiones, Nemetes, Tribochi, Argentini et alij. Caius etiam Plinius secundus qui bellorum Germanie. 20. libros, quibus omnia que cum germanis Roma ni gesserunt conlegit, inchoauitq; cu<sup>m</sup> in Germania militaret (ut C. Cæcilius Plinius de auunculo illo suo ad Marcum scribit) libro. 4. capite 17. natura lis historie, ita ait. Rhenum autem accolentes Germanie gentium in eadem provincia, Nemetes, Tribochi, Vangiones, Cubi, Colonia Agrippinensis, Guberti, Butani, et quos in insulis diximus Rhentibus sunt Batani, Cannefæces, Frisi, Chauci, Frisianoi, Sturi, Morsati, hec eodem libro capite 14. et 25. Enumerat etiam Germanorum genera quinq; Burgundiones, Varinas, Charinos, Guttones, Vindelicorum partem. Germanie unum genus assetis proximos Rheno Isteuones appellat, quorum pars Cimbri mediterranei, Hermiones quorum Sueci, Hermunduri, Chatti, Cherusci. Cesar.

B

## SERMONES CONVIVALES.

ergo et Plinius et Ptolomeus Cisrhenanos non Gallos non Belgas, sed Germanos Rheno proximos dicunt.

Et quia Rheno proxios Plinius Isteuones appellat, non incoherens erit de Isteuonib. alijs plerisq; Germanorū noīb. latius euagari. Cornelius Tacitus de situ Germaniae ita inquit. Celebret carminib. antiquis, quod unū apud illos memoriae et animalium genus sit Tuisconē Deū, terra editū, et filiū Mannum originē gentis, cōditoresq; Mannō tris filios assignat, ē quorū noībus proximis oceano Ingeuones, Mediū Hermiones, ceteri Isteuones uocentur, quisdam autem licentia uictustatis, pluris Deo ortas, pluresq; gentis appellatiores, Marsos, Gambrinios, Sueuos, Vandaloſ affirmant, utrum Berosus (ut Iosephus Matthathiae filius contra Appionem grammaticum refert) generis Chaldeus fuit, notus autem eis qui doctrinae eruditioñis congaudent, quos niam de Astronomia de Chaldeorum philosophia ipse Græcas conscriptioñes exposuit; antiquissimus secutus historias de facto diluvij, et hominum in ea corruptione, sicut mos est conscripsit. Is libro prima historie suæ sisit. Ante diluvium unus inter gigantes erat, qui Deorum ueneratione ex predictior cunctis in Syria Noa nomine, cum tribus filiis Samo, Lapeto, Chem. et uxoribus Tetia magna Pandora, Noela et Noegla; et cum omne genus equis suffocatum esset, ipse cum familia sua que naui crepta est, in Gordici, montis uertice quietuit. Idem quoq; secundo libro. Siccato ab aqua orbe nō, fuisse nisi dictos octo homines in Armenia Saga, et ab his omni genus hominum in terris seminatum, atq; ob id Scythes recte dicere ex appellare Noam, omnium Deorum patrem, maiorum et minorum, et gentis humanae auctiorem, et chaos et semen mundi. Tyleam uero Aretia, id est, terram in qua semen et chaos posuit, ex ex qua tanquam ex terra cuncti prodierunt. ipsi seq; Noa ut idem libro 3. refert. Ianus ob uitioſis inuentæ beneficium, quod Aetate sonat, quod uinifer sue uitifer, item Cœlum ex Ogyges cognomina tus est, genuitq; post diluvium filios plures, inter quos Tuisconem Germanum et Sarmatum patrem, et cum partitus esset terram omnem, eundem in Europa Sarmatiae præfecit, ut libro 4. docet. Ipsius quoq; termini erat Tauris atq; Rhenus. Tuisconi etiam iuncti sunt filii Histri, et Mæſe cum fratribus suis, ab Adula monte Mæſembriam usq; Ponticam. Adulam autem filio Histri sic cognominatum Moses Aduram uocat. Tuiscon autem Beroso docente, apud Sarmatas, populos multos fecit. Mæſa cum filiis Histri Prisco.

Priscos Moesios ab Adula ad Mesembriam protendit. Idem Tuscon gigas anno Ni ni. 4. apud Rhenum Sarmatas leges docuit, genuitq; Mantonum, qui Semiramis anno. 5. regnauit apud Rhenum, non ergo improbamus à Tuscone Tutscher nuncupatatos, Mano autem successit, Ingeuon filius, unus de predicti Ingeuones, alterum à Plinio Germanorum genus, continens Cibros Theutonesq; quos Ingeuones. Annus super Berosum ex Taciturnis ediculum incertum interpretatur, quasi ex genitore Scythico more edoceti, aedes uagas habitauerint. Cornelius Tacitus ait. Nullas Germanorū populis urbes habitari satis notum est, nec pati quidem inter se iunctas sedes collunt discreti, atq; diuersi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit, uicos locant non in nostrum morem connexis & coherentibus edificijs, suam quisq; dorsum spacio circumdat, siue aduersus casus ignis, siue inseclia edificandi. In geuoni apud Tuscones, ut idem Berosus refert, successit Isbekor, a quo Iste uones. Istenuone defuncto filius eius Hermionis subrogatur. Vnde Hermiones, de quibus dictum est superius post Hermionem, Marso filio eius relieto, Tusconum regnum delegatur, à uerbo Arameo Maresus quod principem siuducem consiliorum, ut diuino Iheronymo placet, significat, Marsus vocatus, unde Marst populis de quibus Strabo Capadoces siue Gnosius Amasinius libro. 7. sic inquit, quadam uero in profundam regionem transmigrans peruenit, ut Marst, postea Tusconibus præfuit Gambrivius idest coronatus, a quo Gambrivus, genuitq; filium Suecum, cuius regni tempore Osiris et Isis ad Germanos nauem per Rhenum portati sunt, à Sueuo appellati Sueui. Idem Tacitus libro. 19. historie Auguste, Trahuntur in partes Sydo atq; Italicas Reges Sueorum, quibus uetus obsequium erga Romauos, & gens fidei cõmissa patientior. Cesar quoq; libro. 4. de Gallico bello inquit. Sueorum gens longe maxima & bellicosissima Germanorum omniū horum pars, eadem Tacito autore, Isidi sacrificabat, ea causa mibi persuadeo, nostrates Augustenses, falso Cisam deam appellare, templumq; hoc quod fuisse credunt, ubi nunc Auguste pratarium conspicimus, non Cise ut quidam dixerat.

Quem male polluerat cultura nepharia dudum.

Gallus monticulum hunc tibi Zisa tulit.

Sed Isidis fuisse, collisq; ibi publici carceris, non Cisen, sed Isenberg, quasi Isidis montem appellant. Nec ego apud doctos legi, nisi forte pro Cisa Ceterem putaueris: noster Adolfus occa. Friesius Augustam prius Cisroim, a-

## SERMONES CONVIVIALES

Vindæ ex Lici confluentia dicta creddidit, nostri Cisaram à Cise, antequam  
Vindelicæ diceretur, fuisse cognominatam afferunt. Inter scribendum hæc,  
aduenit sororius meus Christoferus Vuelser, lingue Lacialis, non ignarus,  
et me semper illa effigie lapidea uictusissima cibis sacris dini Vdalrici Au-  
gustensis Patroni affixa admonuit, eam non esse Cise, ut nulius credit, sed  
Meduse. Sculptos enim habet crines grossos uiperos, collum eius plectentes.  
Et in eius genam, quæ nobis monstrauit, hoc spicramma protulit.  
Exemptum media, de Pallados Aegide dicas.

Gorgona, quam paruo claudit in orbe lapis.  
Quin ex monstrosi præstant miracula uultus  
Vidit, et in numero palpitat angue caput.  
Tam similis non ipsa sibi est, se forsitan illa  
Vidit et a speculo saxa facta suo est.

Hanc eandem refert. M. Ann. Lucanus. Cordubensis Pharsalia libro. 3.  
Finibus extremis Libyes, ubi seruida tellus,  
Accipit Oceanum demissa sole calentem  
Squalebant late Phorcynidos arma Meduse.  
Non nemorum protecta coma, non mollia fulco.  
Sed domine uultu conspectis aspera saxis  
Hoc primum natura nocens in corpore feuas  
Eduxit pestes, illis è faucibus angues.  
Stridula fuderunt, uibratis sibila linguis.  
Fœminæ quo more coma, per terga soluti.  
Ipsa flagellabant, gaudentis colla Meduse.  
Surgunt aduersa surrecta fronte colubres,  
Vipereumq; fluit depexo crine uenenum.

Item P. Ouidius Naso Metamor. libro. 4. tamen excipit hanc.  
Ex numero procerum querens cur una sororum  
Gesserit alternis inmixtos crinibus angues,  
Hospes ait, quoniam scitaris digna relatu,  
Accipe quæsti causam, clarissima forma  
Multorum fuit spes, inuidiosa procorum  
Illa, uic in tota conspectior illa capillis,  
Pars fuit, inueni, qui se uidi se referrent.

Hanc

## DE GERMANIA.

Hanc pelagi recto templo uiciasse Minerua.  
Dicitur, auersa est, et eastos egide uultus.  
Nata Iouis texit, neue hoc impune fuisse,  
Gorgoneum crinem turpes mutauit in Hydross.  
Nunc quoq; ut attonitos formidine terreat hostes.  
Pectore in aduerso quos fecit sustinet angues.  
Et quia Germania uitibus tunc inepta erat, docuit Ostris ex ordeo potum fa-  
eri, haud multum uirtute gustuq; uini inferiorem, ut Diodorus Siculus pri-  
mo libro attestatur, et idem Tacitus ait. Potui humor ex ordeo aut frumē-  
to in quandam similitudinem uini corruptus est. Domitius Vlpianus iure cō-  
sultus ait, certe Ceruzum, uel in quibusdam prouincijs ex tritico uel ex or-  
deo, uel ex pane conficitur, non continebitur; simili modo nec Camunt nec  
Cernisia. Virgilius. 3. Georgicorum: et pocula lacti fermento atq; acidis  
imitantur uitea sorbis. Sueuo deinde succedit Vandalus, à quo idem Ioannes  
Annus certis argumentis Vindelicos esse ortos docet, quod non satis pros-  
bo, cum Vandali et Vindelici longè differant, Vandulum postea in regno Tu-  
ifisconum secutus est Teutanes qui Mercurius Germanorum traditur fuisse.  
Hic sacrificios ritus indidit, De quo Lucanus.  
Et quibus immritis placatur sanguine diro.  
Teutanes, barrensq; feris altari bus esus.  
Ab eodem Teutonicos dictos existimo, refert etiam Berossus Herculem Al-  
manum regnauisse apud Tuiscones. Hic est ille Hercules, de quo Tacitus ait:  
Germani apud eos Hercoleum fuisse commemorant, primumq; omnium ui-  
rorum fortunae ituri in prælia canunt. Annus pntat hunc Almanum dic-  
tum uel quod Manni filius fuerit, uel ci in regno successerit, noske Ladislao-  
us regius Capellanus me certiori reddidit, etdem sacram Insule Rhennas  
ne Augie maioris, à Deo ipso Alman ab accolis cognominatam. Hinc Se-  
uos Alemanno dictos credant, hos Fla. Vopiscus in Proculo commemorans  
ita inquit. Nam Alemanno, qui tunc Germani dicebantur, non sine gloria  
splendore contrinxit, nisi Alemanni (ut pleriq; credunt) à Lemanno lacu no-  
me habuerit: quodcūq; sit, diutius in Germanorū noim: uetus a cōquisitione  
euagati, ad rem redeamus. Germania uocabulū recēs esse dicit lib. 7. Stra-  
bo et Tacitus nuperq; additū, quoniā q; primi Rhei uestigia gressi sūt, Gallos  
expulserit, at nūc Tūgri nūc germani appellati sūt, ita natīois nomē nō gēti-  
eualuisse.

SERMONES CONVIVALES.

euauisse paulatim, ut omnes primum à victore ob metum, mox à seip sis inuenito nomine Germani vocarentur. Ego autem id magis uerum credo, Prisco enim Tarquinio Romae, & Ambigato supra Gallos regnante, in Italianam Gallorum transitum T. Liuius libro .5. prime Decadis describit, et de Belloueso Ambigati sororis filio, cui augurio quodam Diū letiorem in Italianam uiuam dabat, ita inquit, alia subinde manus Germanorum Elitoujo Duce uectigia priorum secuta, eodem saltu fauente Belloueso cum transcendisset alpes, ubi nūc Brixia ac Verona sunt, retuli etiam prius, Belgas à Germanis plerosq; ortos Rhenum antiquitus traductos, ut Cæsar Dictator ait. Habet autem ab Oriente Germania Dacos, à meridie Italiam, ab occidente Gallos, à Septentrione Sarmatiam prope Oderam. Idem Strabo libro .4. Post Eluetios Sequani et Mediomatrici Rhenum incolunt, in quibus Tribochi natione Germani relicto natali solo, Rhenoq; traiecto sedes posuerunt. Tribochos autem noster Cæsarius Poëta Conradus Zeltis Protocius, à tribus quer cubus antiqua Religione Nymphis consecratis nunc cupatos affirmat. Tribos tesiq; uocabulo corrupto cognominatos nunc Argentinenses, de quibus etiā postea Suetonius Tranquillus scribit. Germani ab Augusto Cæsare ultro Albinum fluuum submoti, ex quibus Suevi et Siccambri dedentes se traducti in Galliam atq; in proximis Rheno agris collocati sunt: idem Strabo libro .7. Germanie portionem quandam ad Galliam traduxere Romani. Si igitur Belge ut plurimum à Germanis orti, Germani etiam ante Cæsaris Dictatoris tempora cisrhenum habitarunt, & inter Belgas ac Rhenum medijs sunt Gallos quoq; expulerunt ipsijsq; imperauerunt, non uideo quomodo antiquitus, Gallis Germani paruerint. Annianus Narcellinus, historie Auguste conscriptor diligentissimus, qui et sub imperatore Cesare. F. Claudio Iuliano Aug. F. Constantij fratri Constantini Maximi filio militauit, diuq; in Gallia atq; Germania fuit. Libro suo .15. sic inquit. Superiorum et inferiorem Germaniam Belgasq; duæ iurisdictiones iisdem temporibus rexere, at nunc numerantur. Prouinciae per omnem ambitum Galliarum, Secunda Germania, prima ab occidentali exordiens cardine Agrippina et Tungris munita ciuitatibus, amplis et copiosis, dicta prima Germania ubi preter ali amunicipia, Maguntiacus, Vangones, Nemetes et Argentoracis, Barbaricis cladibus nota, post has Belgica prima Mediomatricos protendit, et Treniros domicilium Principum clarum, Huic annexa est secunda Belgica, qua Ambiani

Ambiani sunt, urbs inter alias eminens fait, ex illa diuisione deducide compre  
minus, Germanias cisrenanas olim fuisse, et hodie esse, quod Strabo eodem  
libro. 4. confirmat inquietus, post Nediomatricos et Tribochos Trinigris  
Rheno adiacent, apud quos Ro. Imperatores contra germanos belligeran  
tes hac tempestate pontem edificant, loca haec transrhenum incolebant Vibii,  
quos ad interiorem ripam traduxit Agrippa, nec inuitos quidem: contigui  
Trinigris sunt Neruij et hi quoq; natio germanica: non ussum ad utrumque flu  
minis ripam habitant Menapij, his per paludes et nemora domus sunt, non  
procere quidem materie, sed dense et dumose: secundum istos Siccambri  
germani consistunt: huic fluviali regioni toti supereminent germani alij quos  
Suevos appellant, qui potentia ex hominum frequentia ceteros antecellunt:  
credebam uerbum Vibij supra positum, in Strabone minus emendate impres  
sum esse. Sed cum Hermolai Barbari castigationes Pliniianas perlegisset,  
compericium referre, Strabo Vibios appellat, credo tamen Vibios dici, ipse  
quoq; dicit uiculum esse contra Coloniam Agrippinensem ultra Rhenum  
Vbiuum cognominatum, sed de Vbijs alia subiungemus. Idem Tacitus ait: ipsa  
Rheni ripam haud dubie germanorum populi colunt, Vandones, Trebochi  
Nemetes. Vbij quidem Ro. Colonia esse meruerint, ac libentius sui condito  
ris nomine uocetur, origine erubescunt, transgressi olim, et experientio fe  
deri super ipsam Rheni ripam collocati sunt ut arcerent, non ut custodiren  
tur, Tranquillus in Ottone Cesaris inquit. Sub idem nero tempus germana  
nicianus Exercitus in Vitellijs uerba iurauit, quod iuramentum factum esse  
constat, Agrippina per Fabium Valentem, quem secuti sunt Exercitus supe  
rioris germaniae, idem Tacitus libro. 12. Sed Agrippina Augusta Claudijs  
Cesaris coniunx, quo uim suam socijs nationibus ostentaret, in oppidum ve  
biorum in quo genita erat, veteranos coloniam que deduci impetrat, cui no  
men inditum ex uocabulo ipsius, ac forte acciderat, ut eam gentem Rheno  
transgressam diuos Agrippa in fidem acciperet. Vnde Iulius Paulus iurecō  
sultus, qui una cum Domicio Vlpiano assessor Papiniani fuit, ab Antonino  
Heliogabalo Cesarre (qui se in uitum et summum Solis sacerdotem appellā  
vit, ut clare ex eius nomismatis perspectum habui) uel à Marco Aurelio  
Seuero Alexandro Cesarre Praefectus factus, ita scribit. In germania infe  
riori Agrippinenses. Italici sunt iuris, extat adhuc oratio apud Tacitum li  
bro. 2d. historie Augustae, qua Tenebsteri Rheno discreti gens misis legatis

## SERMONES CONVIVALES.

Mandata apud concilium Agrippinensium, di iubent, quām ferociissimūs uo-  
nus è legatis in hunc modum protulit. Redisse uos in corpus nomenq; Ger-  
maniae cibis Deis, sed præcipuo Deorū Marti grates agimus, uobisq; gratui-  
lamur, quo tandem liberi inter liberos eritis, nam ad hunc diem flumina ac  
terras ex coelum quodammodo ipsum clauserant Romani, ut colloquia com-  
gressusq; nostros arcerent, uel quod contumeliosus est, uiris ad armamatis  
inermes, et prope nudi sub custode et precio goiremus, sed ut amicitia soci-  
etasq; nostra eternum rata sint, postulamus à uobis, muros Coloniae munio-  
menta seruitij detrahatis, etiam fera animalia si clausa teneas, uirtutis obo-  
liuiscuntur Romanos oēs in finibus uestris trucidetis, haud facile libertas  
et domini miscentur, bona intersectorū in mediū cedant, ne quis oculere qd.  
quam, aut segregare causam suā posít, liceat uobis nobisq; utrāq; ripā co-  
lere, ut olim maioribus nostris, quomodo lucem diemq; omnibus hominibus, ita  
omnes terras fortibus uiris natura aperuit. Instituta cultūq; patrum resu-  
mite, abruptis uectigalibus quibus Romani plus aduersus subiectos quām ar-  
mis ualent, sincerūs et integer, et seruitutis oblitus populus, aut ex equo a-  
getis, aut alijs iperabilitis. Agrippinenses consultandi spacio sumpto in hūc  
modū responderunt. Q̄ e patriæ libertatis facultas, data est, audiuīs quām  
cautius sumptinus, ut uobis ceterisq; Germanis, eos sanguineis nostris iunge-  
remur, muros ciuitatis congregantibus se tū maxie Romanorū exercitibus  
augere nobis quām diruere tutius est. Si qui ex Italia aut prouincijs alieni-  
genae in finibus nostris fuerant, eos bellum absumpfit, uel in suas quisq; sedes  
refugere, deductis olim, et nobiscum per conubium sociatis, quicq; mox pro-  
uenient, hec patriæ, nec uos adeo iniquos estimamus, ut interfici à nobis pa-  
rentes, fratres, liberos nostros uel littis. Vectigal et onera cōmertiorū r. sol-  
uimus, sicut transitus incusoditii, et diurni, et inermes, donec noua, et recē-  
tia iura, in ueustatem et consuetudinem uertantur, arbitrum habebimus ē  
uilem et Velledam, apud quos pacta sanctientur. Velleda autem que fue-  
rit, Tacitus ibi declarat. Hanc orationem et Agrippinensem responsione  
ideo referendas censui, ut etiam ex his Agrippinenses Germanos esse cog-  
nosceremus, sic de Moguntiaco satis constat, de quo diuus Hieronymus, et  
etiam alijs ad Geroniam ita scribit. Moguntiacum nobilis quondam eis  
tas capta, atq; subuersa est. Et in ecclesia multa milia hominū trucidata. Vi-  
giones longa obsidione deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiane Attrea-  
bste extremitas hominum Morini, Tornacum, Nemetæ, Argentoracū trans-  
lati

## DE GERMANIA.

Lati sunt in Germaniam. De Nemetibus Sebastianus Brand optime eruditio  
onis vir, ex communis amicus noster, ad Marcum.  
Inter Germanos, Nemetum celeberrima Spira  
Quondam erat, à nobis nomen habere studens.  
De Moguntia Celtis noster ad suam Vrsulam cecinile.  
Moguntiacē que stant in moenibus urbis  
Sollicitas oculos unica cura meos,  
Inter que Drusi stant ardua busta Neronis  
Clara à Germanis nomina primus habens.  
Idem Celtis ad Rhenum.  
Argentoracos, Nemetes ex Vangionasq;  
Abluit irriguo fons tuus ille uado,  
Iamq; Moguntiacam uastus te flectis ad urbem,  
Que prima impressas tradidit ere notas.  
De hac arte impressoria idem Brand.  
Nuper ab ingenio Rhenane gentis ex arte,  
Librorum emerit copia larga nimis.  
